Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quando aethera fir
mabat sursum et li
bracbat fontes aqua
rum; quando di
circumdabat ma
ri terminum suum et lege
ponebat aquis ne
transirent fines
suos;
Quando appendebat
fundamenta terrae
cum eo eram cuncta
conponens et delec
tabar per singulos dies;
ludens coram eo omni
tempore ludens in
orbe terrarum
et deliciae meae esse
cum filiis hominum.
Nunc ergo filii percipi
audite me: beatus
beati qui custodiunt
uias meas audite dis
ciplinam et estote
sapientes et nolite
abicere eam;

Beatus homo qui audit me:
qui uigilat ad fores meas
cotidie et obseruat ad
postes ostium mei; qui me
inuenerit inuenit uitam
et hauriet salutem a domino;
qui autem me peccauerit
ledit animam suam;
omnes qui me oderunt
diligunt mortem;
Sapientia aedificauit
sibi domum excidit co
lumnas septem immo
lauit uictimas suas
miscuit uinum et appo
suit mensam suam;
misit ancillas suas uocaut
rent ad arcem et ad moe
nia ciuitatis dicens;
Si quis est paruulus ueniat
ad me et insipientibus
locuta est; venite come
dite panem meum et bibite
uinum quod miscui
uobis.
Relinquite infantiam,